ſi pedeſ euangelizantiũ bonũ euangelizantiũ pacẽ. hec pax fuit ab
angelo in chriſti incarnatione nunciata ab ore xp̄i ꝓmiſſa ſangui
ne chriſti roborata. ab apoſtolis nunciata. ⁊ heu hodie a multis
xp̄ianis violatᷣ qui bella ⁊ diſcordiã inter ſe gerunt ⁊ ſe mutuo ꝑ
ſequũtᷣ. iõ eccl̄a poſtq̄ꝫ cecinit laudes apoſtoloꝝ exclamat ad deũ
dicens in quoꝝ diuiſione collectũ gregẽ cuſtodias indiuiſum ⁊ in
vinculo pacis vnũ vt in te ſint ſicut in patre tu es vnꝰ. hanc pacẽ
⁊ concordiam nobis concedat qui ꝑ infinita ſecula regnat. Amẽ

¶ De Sancta Maria magdalena. Sermo

Laudate dominũ deũ noſtrũ qui nõ deſeruit ſperantes in
ſe ⁊ in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiã ſuam. Ju
dith xiij. Verba iſta congrue poterat dicere beata maria
magdalena cum qua dominus miſericordiã fecit ipſam a poteſta
te demonũ eruendo ⁊ dimiſſis peccatis in ſui gratiã recipiendo. ⁊
facit in vbis premiſſis duo beata maria magdalena. Primo deũ
laudabilẽ predicat. Scd̄o cauſam quare laudandus ſit inſinuat.
Pmum ibi laudate dñm deũ noſtrũ. Scd̄m ibi qui nõ deſeruit ſpe
rantes in ſe. ¶ Nõ q̄ꝺ dñs fecit miſericordiã cum beata maria ma
gdalena quadrupliciter. Pmo ipſaꝫ peccantẽ ad penitẽtiã expectã
do Scd̄o ipſi penitenti peccata condonãdo. Tercio ipſam amica
biliter excuſãdo. Quarto ipſam eternaliter coronãdo. ¶ Primo di
co q̄ꝺ fecit miſericordiã cum ea ipſam peccãtem ad pniaꝫ expectan
do yſa. xxx. ꝓptẽa expectat dñs vt miſereatᷣ vrĩ ⁊ iõ exaltabitᷣ par
cens vobis. Cõſidera miſericordiam dei in hac peccatrice multis
pc̄tis inuoluta fuerat ⁊ diu in peccatiſ iacuerat ⁊ deꝰ adhuc ipſaꝫ
miſericorditᷣ vt pniam ageret expectabat. Certe ſi iuſticiã ſuã exer
cuiſſet in eã. vtiq̄ꝫ in infernũ eã dimerſiſſet. multi eni pauciora cõ
miſerũt pcc̄a in quibus mortui ſunt ⁊ ſm̄ iuſticiam dei in inferno
eternalitᷣ ardebũt Iſta peccatrix maiora omiſit ⁊ ꝑ dei miſericor
diã pniaꝫ egit ⁊ cũ deo eternaliter in celis gaudebit. vñ ipſa cum
alijs penitẽtibꝰ põt dr̄e illõ Tre. iij. Miſericordie dñi q2 nõ ſumuſ
ꝯſumpti q2 nõ defecerũt miſeratiões eiꝰ Iſtã miſericordiaꝫ adhuc
deꝰ oñdit peccatoribꝰ Ideo nanq̄ꝫ peccãteſ nõ ſtatim punit vt pec
cata dimittãt ⁊ pniaꝫ agãt Sap. xi. Miſerẽris omniũ q2 oia potes
⁊ diſſimulas peccata hominũ ꝓpter penitentiã. Sed heu multi
hac miſericordia abuntᷣ ⁊ tempꝰ ꝯceſſum eis ad penitendũ in

peccatis ɔſumunt ⁊ penitentiã agere nolũt ⁊ per hoc graue͂ iram
dei incurrunt. audiant tales illud Apoſtoli. Rõ. ij. An diuicias bo
nitatis eius ⁊ paciẽtie ⁊ longanimitatis ɔtemnis. ignoras q̄ beni
gnitas dei te ad penitentiã adducit ſm aũt duriciam tuã ⁊ impe/
nitẽs cor theſauriſas tibi iram in die ire ⁊ reuelationiſ iuſti iudicij
dei. Attende illa o peccator ⁊ accipe exemplũ hu9 peccatricis et
age penitentiã ⁊ inuenies apd̄ dominũ miſericordiã vt euades fu
turã iram dei ſic patet primũ. ¶ Scd̄o fecit miſericordiã cum ea.
ipſi penitenti peccata condonãdo. Eccle. xvij. Quã magna miſeri
cordia dei ⁊ ꝓpiciatio illius cõuertentib9 ad ſe. hanc magnã miſe
ricordiam deus oſtendit in hac peccatrice que ad deum per penitẽ
tiam ſe cõuertit. Miſericordiã magnã deus oſtendit ei qui vere pe
nitenti magna ⁊ multa peccata dimiſit Luc. vij. Remittuntur ei
pcc̄a mlt̄a q. d. hec ẽ illa peccatrix de q̄ Marc9 vij. demonia eiecta
fuiſſe teſtat̄ Greg. Quid ꝑ vij. demonia niſi vniuerſitas viciorꝫ de
ſignat̄ Maria ergo vij. demonia habuit. q2 vniuerſis vicijs plẽa fu/
it. hec vij. demonia ſũt vij. pcc̄a mortalia q̄ lz ẽencialiter ſint i aia
tñ ꝑ quandã ſilitudinẽ dr̄ hic demonia. ⁊ ſm diuerſa pcc̄a locuz
hr̄e in diuerſis ꝑtib9 corꝑis. ¶ Demõ ſuꝑbie regnat in capite. Cõſi/
dera q̄ꝫpotẽter ille demõ regnũ ſuũ poſſideat q̄ iã ꝑ totũ fere mũ/
dũ virorꝫ ⁊ mulierꝫ capita ornat hic per pepla ⁊ alias abuſiones
ſuperbe ⁊ ſuꝑflue ornãt yſa. iij. Eleuate ſũt filie ſyon ⁊ ambu. ex.
col. Ad hu9 demonis inſtinctũ caput nõ tm̄ ſuperbe ornat̄ ſed
etiã ſuperbe eleuat̄. ſuperbe portat̄. et̄ qd̄ p̄ oi͂bus dolendũ ẽ ꝯſus
corp9 xp̄i ⁊ imaginẽ huilis crucifixi nõ huilit̄ ſꝫ ſuperbe ⁊ mirabi
liter inclinat̄. hic demõ ꝓ tꝑe regnauerat in capite hu9 peccatri/
cis ſꝫ poſtq̄ꝫ per peccatricis hu9 pniãz de regno ſuo eiect9 ẽ ipa ca
put qd̄ ꝑus ſuperbe erexerat huilit̄ ad pedes xp̄i inclinauit ⁊ eos
lacrimis rigatos capitis ſui capillis terſit ¶ Demõ luxurie regnat
in oculis ſicut patz in dauid qui vidit berſabee lauantẽ ſe ſtatiz in
amorem illi9 arſit ⁊ adulteriũ cũ ea cõmiſit ideo dr̄ Job. xxxi. De/
pigi fedus cũ oculis meis et̄. Cõſidera q̄ꝫpotent̄ ille demõ regnuz
ſuũ poſſideat q̄ oclos virorꝫ in mulieres ⁊ mulierꝫ in viros apit h
demõ in oclis h9 peccatriciſ regnauẽat ꝓ tpe ſꝫ p9ea eiect9 ẽ demõ
ille de regno ſuo ꝑ pniãz h9 peccat̄ciſ ipa vt clpãz oclis ꝑpetratã
diluẽt lacrimas fudit. ¶ Demon gule regnat in ore pz Luce. xvi. In

diuite epu

diuite epulone qui epulabať ꝙtidie ſplē. ⁊ pauperē laſarū nolebat
reſpicere ⁊ propterea pꝰ mortē ↄpulſus ē vnā guttā aq̄ petere nec
valuit impetrare. Cōſidera q̄ꝫpotenť demō ille regnū ſuū poſſide/
at. iā fere oēs in mūdo vacāt gule pauci ſtudēt abſtinētie. gula ex/
ercet͛ cū gaudio. abſtinētia agit͛ cū tedio. h demō in ore hꝰ peccat͛
cis ꝓtpe regnauit ꝫ poſtq̄ꝫ eiectꝰ ē demō ille de regno ſuo ꝑ pniaꝫ
huiꝰ peccatricis. ipā vt culpā ore ꝑpetratā dilueret pedes dn̄i oſ/
culata ē. ¶ Demon auaricie regnat in manibꝰ ſicut patet Luc. xij.
In diuite qui volebat deſtruere orrea ⁊ maiora edificare cui dc̄ꝫ
ē Stulte hac nocte animā tuā repetēt a te q̄ aūt paraſti cuiꝰ erūt.
Conſidera q̄ꝫ potenť demō ille regnū poſſideat a maiore eniꝫ vſq̄ꝫ
ad minorē oēs ſtudēt auaricie. hic demon ꝓ tpe in manibꝰ ⁊ pe/
dibus huiꝰ peccatricis regnauerat ꝫ pꝰ eiectus ē de regno ſuo. ſ. ꝑ
pniam huiꝰ peccatricis vt culpā ꝑpetratā dilueret manꝰ ⁊ pedeſ
dn̄i lauit. ¶ Demon accidie regnat in pedibꝰ ſicut patet Actuū. iij.
In viro qui erat claudꝰ ex vtero mr̄is ſue de q̄ legit͛ ꝙ baiulabať
⁊ ponebať ad portā tēpli. Cōſidera q̄ꝫpotenť demō ille regnū ſuū
poſſideat Multi ſunt qui per totā ſeptimanā nūq̄ꝫ mouēt pedeſ ad
eccleſiā in diebus ſacris vix baiulanť. i. alioꝝ exhortatione vel cō
ſuetudine vix inducunť vt vadāt ad eccleſiā ⁊ tūc veniētes vix ve
niunt ad portā tēpli ⁊ ibi ſedētes plꝰ vacāt collationibꝰ q̄ꝫ oratio
nibus. hic demō ꝓ tpe huiꝰ peccatricis in pedibꝰ regnauit ꝫ poſt
q̄ꝫ eiectus ē de regno ſuo ꝑ penitentiā huiꝰ peccatricis vt culpam
pedibꝰ ꝑpetratā dilueret ad xp̄m acceſſit ⁊ ſecꝰ pedes eiꝰ ſtetit. ¶
Demō ire regnat in felle qd̄ ē amarꝫ qꝛ ira ē amaritudo animi. ſic
patet in Cayn qui in amaritudine animi ſui frēm ſuū occidit. Gn̄.
iiij. Cōſidera q̄ꝫpotēter demon iſte regnū ſuū poſſideat qꝛ iam ad
vnū v̄bū aliq̄s adeo ꝓuocať ad irā ⁊ amaricať ↄtra ꝓximū ſuū
ꝙ vix oēs de ciuitate pn̄t eū reconciliare cū ꝓxio ſuo hic demō ꝓ
tpe regnauerat in felle huiꝰ peccatricis ꝫ pꝰ q̄ꝫ eiectus fuit ꝑ peni
tentiā huiꝰ peccatricis vt ipā culpā amaritudine ſue ire ꝑpetratā
dilueret ſuaui p̄cioſo vnguēto pedes dn̄i vnxit. ¶ Demon inuidie
regnat in corde ſic pꝫ in Juda de q̄ legit͛ Jo. xiij. Miſit dyabolꝰ in
cor vt traderet eū iudas ſymonis ſcariothis. Cōſidera q̄ꝫpotenter
demō ille regnū ſuū poſſideat qꝛ iā nullꝰ ꝓſperať q̄n aliꝰ ei inuide
at. Nec iā ↄmendať q̄n aliꝰ ei detrahat h demon ꝓ tpe in corde

huiꝰ peccatricis regnauit. ip̄a vt culpā inuidie perpe. di. corde xp̄z dilexit. vn̄ de ea dixit xp̄s Luce vij. Remittunt̄ ei peccata multa. qꝛ di. mul. Sic patet ſm p̄ncipale. ¶ Tercio fecit miſericordiā cum ea ip̄am amicabiliter excuſando. vn̄ ip̄a gr̄as agendo dicit in p̄s. Audiuit dn̄s ⁊ miſertus eſt mei factꝰ ē adiutor meus. Certe dominus audiuit eā ſepius incuſari. ⁊ factꝰ eſt adiutor eius ip̄āz ſemp̄ excuſando. ¶ Sꝫ nō ꝙ in p̄ntia dn̄i ter fuit accuſata ⁊ ſm h̄ dn̄s ter eā excuſauit. P̄mo Symon phariſeus in corde incuſauit eam de vite immūdicia. Luc. vij. Cū ip̄a tāgeret xp̄m videns phariſeꝰ qui inuitauerat eū ait intra ſe d. Hic ſi eēt ꝓpheta ſciret vtiqꝫ q̄ ⁊ q̄lis eēt mulier q̄ tangit eū qꝛ peccatrix ē. Ibi excuſat eā xp̄s oſtendens eū mendacē qꝛ plura bō opa circa eū fuit opata qꝛ multū dilexit ⁊ iō veniā peccatoꝝ ꝓmeruit. ¶ Scd̄o ſoror eius Martha incuſauit eā de pigricia. Lu. x. Dn̄e nō eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliquit me ſo. miniſtrare q. d. pigriciā fouet ⁊ iō apd̄ te ſedet ⁊ ocio vacat iō xp̄s excuſauit eam nō ocioſe ſꝫ vtiliter ſedentē. oſ̄dendo eius cōtemplationē miniſterio marthe p̄ferendā dicenſ. Martha martha ſollicita es ⁊ turbaris erga plurima porro vnū eſt neceſſariū Maria optimā ꝑtē elegit q̄ nō auferet̄ ab ea in eternū. ¶ Tercio iudas incuſauit eā de ſtulticia. Jo. xij. Maria accepit librā nardi. ⁊c. ⁊ ſequit̄. Dixit ergo iudas. q̄re hoc vnguentū nō vendit̄ plꝰ q̄ꝫ tricētis denarijs ⁊ datū ē egenis. Ibi xp̄s excuſauit eā ipſiꝰ ſapiāz cōmendādo. d. Quid moleſti eſtis huic mulieri h̄ eni faciens ꝓuenit vngē corpꝰ meū in ſepulturā. Sic pꝫ terciū p̄ncipale. ¶ Quarto fecit cum ea miſericordiā ip̄āz eternaliter coronādo. Yſa. xxx. Plorās nēq̄quā plorabis miſerans miſerebit̄ tui. Certe btā maria magdalena in ſtatu huiꝰ miſerie ſepiꝰ plorauit videlꝫ cū pedes ih̄u cū lacrimis rigaret. cū fr̄ eiꝰ lazarꝰ mortuꝰ eēt. cū xp̄s in cruce pēderet. cū xp̄z in ſepulcro q̄reret. ſꝫ deinceps nūq̄ꝫ plorabit. qꝛ deꝰ iuſtus ē dādo ei coronā ꝓ cinere. oleū gaudij ꝓ luctu. ⁊ palliū laudis ꝓ ſpū meroris. Yſa. lxi. vn̄ ipſa poterat dīce illđ p̄s. Miſericordia tua dn̄e ſub. me oībus diebus vite mee ⁊ vt inhabitē in domo dn̄i oībus diebꝰ vite mee. vn̄ oībꝰ qui ad honorē dei plorant h̄ tp̄aliter dat̄ in celo gaudiū eternaliter. Puer. xxxi. Date ſicerā lugētibꝰ ⁊ vi. ⁊c. bibāt ⁊ ⁊ obli. egeſt. ſue ⁊ do. ſui n̄ re. āpliꝰ. H̄ ꝓſeq̄re de gaudijs celi ſi plꝫ ad q̄ gaudia nos pducat q̄ ſine fi. vi. ⁊ regnat. Amen.